Hirschberg – Gymnasium.

Programm,

womit zu

den öffentlichen Prüfungen, dem Rede-Actus u Entlassung der Abiturienten

des

Gymnasiums zu Hirschberg

ehrerbietigst einladet

das Lehrer-Collegium.

Ostern 1854.

Inhalt:

Hirschberg.

Druck von J. G. Landolt.

1854.

12.26.661

1804, Dec. 9.

$0.24.

Salisbury Fund.

In nullo fere latinarum litterarum genere tantopere res novae delectant quam in comicis R poetis: modo recens inventa totam metricae rei prosodiacaeque rationem invertunt, mina Plauti fide carere vel non carere docemur [1]; modo prologi eidem poetae vel al vel adiudicantur, modo de orthographico genere praecepta nova enucleantur: ita nia lubrica aleaeque plenissima, quae inde a renatis litteris ad patrum nostrorum fixa et rata fuere, ut vix quoquam tutus pedem proferre possis. Quid? quod dubita non raro ad ipsa eruditionis elementa descendit, quando ex. c. anites faciat anates, utique an utique pronuntiandum sit et multa alia id genus incerta Lachmanni sedula sagacitas effecit, in cuius commentario Lucretiano nemo nescit, tralaticia scribendi consuetudo certo destitui fundamento convincatur. Quare etsi paratum est eiusdem Lachmanni verbis l. l. p. 25: „summam constantiam in dicei bendove quaerere animi illiberalis esse", tamen et quia parvis quoque rebus magi constat et quia omnis dubitatio molesta et sollicita est, recte hodie viri docti in Mss. collatione omnia cum pulvisculo, ut aiunt, exhauriunt, ut quod eius fieri poss illarum rerum cognitio quaeratur posterisque spatium detur vires in maiora inquirei ferendi. Ac vellem equidem, ut plures libros tam accurate et plene excussos ha quam Plauti, Vergilii, Plinii, aliorum; nam Ritschelii quidem egregia opera quant

---

[1] quamquam qui proxime Ritschelianae disputationi adversarius exstitit professor Berolinensis, suis quidem vix nobis Marcum Accium reducet: nam non solum grammaticorum Accium afferentium loci aliter sunt ac fecit Geppertus, sed Casinae quoque prologi verba (v. 34 Plautus cum latranti nomine) intellecta sunt. Latrans nomen Marcum ait esse intelligendum propter latrantem litteram R, Maccio sit nec in Accio. Itane vero? latrantis esse canis litteram R? Immo hirrientis est. At nomen dicatur non hirriens, de littera R omnino cogitari nequit. Ipsum Plauti nomen prolo appellatur propter vocales au, quibus si aspiratam H vel litteram W praeponis, habes idem qu nostri balbo ore canum latratum imitati tam indefesso studio nobis ad aures obganniunt.

modo Plautinae fabulae ipsae profecerint sed litterae latinae universae, omnes intelligent qui reputaverint nunc demum posse latinae grammaticae corpus historico fundamento nixum institui, nunc demum latinitatis lexicon condi, cuius pes capiti respondeat.

Etsi autem Ritschelius verus Plauti sospitator (quo honoris titulo Camerarium avorum benignitate non satis pro merito insignitum esse nunc intelleximus) praedicandus est, tamen permulta etiam post hanc praestantissimam operam relicta esse quae emendatricem manum desiderent et res ipsa clamat et Ritsch. declaravit *δευτέρας* promens *φροντίδας* non intermisso studio. Ut si ad fabulas ab eo emissas afferre quaedam in animum induxero, non verendum mihi sit, ne aut inutilia tractare videar aut tanti viri laudibus detrahere velle insimuler.

In iis, quae R. acrius quam quisquam ante cum ad Plautinum loquendi usum attendens observavit,[2]) et illud est, alienam esse a comicorum poetarum consuetudine ellipsin verbi e s s e: quod quamvis leviculum multis videatur, tamen ad huius observationis normam silvam versuum alioqui sanissimorum emendavit vel emendasse sibi visus est iudice Theod. Bergkio qui novam hanc legem veram esse omnino negavit. Nos re identidem perpensa ut summam legis in dubitationem vocari non posse ita admissas exceptiones nimis in exiguum angustumque ab observatore conclusas esse existimamus. Quod ita esse ut argumentis confirmetur, singulas verbi substantivi personas persequi placet, nisi quod altera singularis numeri tutius a disputatione seiungitur, ut in qua exigui circuli adiectione (veluti n a c t u ' s pro n a c t u s e s) nullo ubique negotio e s restituatur neque verba poetae mutentur neque inde quidquam aut pro re aut contra effici possit. Ut igitur a prima persona initium faciamus, haec omissi s u m in Plautinis fabulis leguntur exempla:[3])

1. Stich. 73. 2. Menaechm. 119. 3. ib. 443. 4. Amphitr. 56. 5. Pers. 378. sq. 6. Epid. V, 1, 42. 7. Menaechm. 639. 8. ib. 268 sq. 9. ib. 644. 10. Casin. II, 7, 4. 11. Rud. 740 sq. 12. Merc. V, 3, 2. 13. Mil. 443. 14. Most. 49. 15. Pseud. 874. 16. Capt. 857. 17. Asin. 271. 18. Amph. 964. 19. Merc. V, 2, 79. quibus adiungo Terentiana: 20. Eun. III, 2, 10. 21. Hec. IV, 1, 49.

1. Néque equidem id factúra neque tu ut fácias consiliúm dabo.
2. Nímium ego te habui délicatam. núnc adeo, ut factúrus, dicam.
3. Sét ego inscitus [súm], qui ero me póstulem moderárier.
4. Utrúm sit an non vóltis? set ego stúltior.

---

[2]) Attigit hunc locum R. iam in parergis I, p. 20, exposuit copiosius in prolegg. p. 109 sqq, quibus addenda quae dixit contra Bergkium in Mus. Rhen. VII p. 599 sqq.

[3]) In Trinummi, Militis, Bacchidum, Pseuduli, Stichi, Mostellaria, Menaechmorum, Persae versibus afferendis Ritschelianos sequor numeros, Asinariae, Curculionis, Amphitruonis, Captivorum, Rudentis versus ex Fleckeiseni editione, reliquarum fabularum ex Vulgata quae dicitur huc transcribo.

5. Futúra's dicto oboédiens an nón patri?
Futúra :: scisnam, tíbi quae praecepi? :. ómnia.
6. Quíd? ego modo huic fráter factus, dum íntro eo atque éxeo?
7. Né ego ecastor múlier misera :: quíd tu misera's? mi éxpedi.
8. Magnús tu amator múlierum es, Messénio,
Ego aútem homo iracúndus, animi pérditi.
9. Et quid trístis [sim] ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.
10. Quid ópus est, qui sic mórtuos equidém tamen
Sortí sum victus. Cásina nubet víllico.
11. Méa popularis óbsecro haec est? :: Nón tu Cyrenénsis es?
Immo Athenis nátus altusque éducatusque Atticis.
12. Edepol numquam :: cávi nequid fácerem. Vix vivós miser!
13. Ímmo ecastor stúlta multum, quaé vobiscum fábulem.
14. Tu fórtunatu's: égo miser: patiúnda sunt.
15. Immo édepol vero hóminum servatór magis.
16. Egone? :: Tu ne :: Túm tu mi igitur érus es :: immo bénivolens.
17. Hánc quidem quam náctus praedam páriter cum illis pártiam.
18. An id ioco dixísti? :: equidem sério ac veró ratus.
19. Omnibus me lúdificatur híc modis. ego stúltior.
20. Itúran Thais, quópiam es? :: ehem, Pármeno,
Bene fécisti :: hodie itúra :: quo? :: quid, hunc nón vides?
21. Sét ego stultiór, meis dictis párere hanc qui póstulem.

In his XXI exemplis tria tantum addito sum ad vulgarem consuetudinem re videntur, tertium, nonum, duodecimum. Et in 3. 9. sum et sim recte iam a R. in est. In Mercatore (12) autem, etsi vulgo legitur vix vivos miser, cum Pareu afferat facere multum miser, ex C vix vivum ser, satius est id restituer alibi quoque (Men. 908 ne ego homo vivo miser) legitur: vix vivo miser! Praet Pseuduli versiculo (15), cui praecedunt eho an etiam veneficu's? etsi vere sum post vero addiderunt R. Fl., tamen quam non sit necessarium sit verbum, int vel ex proximo exemplo (16), ut et sic Plautus scripsisse possit:

Immo édepol vero [ego] hóminum servatór magis.

Denique neutram in partem uti volo Casinae versu corrupto (10) sic fortasse emer

Quid ópus est, qui sic mórtuos sum aequé tamen.

Restant tamen sedecim exempla omissae primae verbi esse personae, quae omni suspitione exempta, ita pleraque ne a Ritschelio quidem Fleckeisenove tentat veluti 2. 4. 5. 7. 8. 13. 14. 16. 17. 18., quorum quidem sunt quae invicem se tute sét ego stultior 4. 19. 21. Similia etiam sunt (13) immo ecastor stulta m et (7) ne ego ecastor mulier misera, ad quod exemplum Bentleius in Adel.

ne égo homo sum infelix. prímum fratrem núsquam invenio géntium.

recte **sum** eiecisse videtur, quod ultra versus mensuram excurrit. Apparere etiam puto e hac exemplorum copia legem omissionis. Abesse enim videmus **sum** a) cum **ego** vel **equidem** additur, ut 1. 4. 6. 7. 8. 14. 18. 19. 21, ut etiam 3. non minus commode scribi possit **set egó inscitior**, collatis praesertim 4. 19. 21. b) in partic. fut. act. ut 1. 2. 5. 20. c) in responsione, cum quaerentis verba vel affirmantur vel corriguntur ut 5. 11. 15. 16. Quas ellipsis causas ad ceteras quoque personas pertinere scito. Quae cum *ita* sint, nec in 1. cum R. inferendum censeo **neque ego id sum factura** (nam quod **ego** supra posui Ambrosiano libro debetur) nec in 11. **natus sum** cum Fl. (praef. p. 28) repono. Postremo breviter dicam de iis, quae non conexa cum hac quaestione novavi vel non novavi, ut in 2. non delevi **ego** cum R., quandoquidem haud scio an ad Romanas aures **nimium ego** non ut proceleusmaticus acciderit sed ut dactylus, etsi quae Lachm. in Lucr. p. 130 in hoc genere congessit, eorum plurima apud comicos certe poetas aut aliter interpretanda aut emendatione removenda videntur. Deinde v. 6. nondum sana est scriptura, quae etsi non improbabiliter inserto **sum** corrigi potest

Quíd? ego modo [sum] huic fráter factus etc.

tamen magis mihi probatur:

Quíd? egon huic modo fráter factus, dúm ego eo intro atque éxeo?

ubi alteram versus partem immisso **ego** supplevi ad similitudinem Rud. 403.

Transeo ad tertiam sing. num. personam. Hic omnium primum tenendum est, numquam **est** omitti in formulis **certum est, melius est, satius est, opus est, usus est, quid negoti est, negotium est, par est, aequom est** et quae sunt his similia, *ut* hisce in versibus recte ab uno alterove editorum adiectum sit vel ego adiciendum existimem: Rud. 559 (ubi vere Fl. negotist, quum C F testibus Pareo et Schneidero habeant **est illuc** falso quidem verborum ordine). Ib. 118. 145 (ubi **est** iam Reizius affinxit) Pers. 532 (**est** ex Ambros. accessit). Bacch. 395. 619. Truc. V. 34 (ubi scribendum duco **mórtuom hercle me hódie satiust**; libri enim **medio** pro **me hodie**; de omisso **esse** vide Ter. Hec. 4, 4. 21.) V, 56. Mil. Gl. 292. 286. 351 (**est** ex Ambr. restituit R.). 395 (**est** Ambr.). 406 (**est** ex vestigiis Ambr.). 469. 636. 816. 907 (**est** ex vestig. Ambr.). 920. 1070. 1213. (ubi **est** iam Lamb.) Pseud. 349. Stich. 732. Amphitr. 323. 970. Epid. V, 2, 4. Merc. prol. 39 (cuius versus veram scripturam proposuit R. par. I. p. 20) II, 3, 62 et 84. Poen. III, 1, 65. III, 3, 64 et 66 (scribendum **meliust rem tuam**; libri **melius tuam rem**).

His adiungi non incommodum est formulas **salva res est, una res est, alia res est** (sive **rest**). Plenam locutionem, ut est sane in libris, numeri quoque desiderant Capt. 284. Epid. I, 2, 21. Aul. II, 2, 30. Rud. 1037. Ter. Adel. IV, 5, 9.

Sálva res est: philosophatur quóque iam, non mendáx modost.

Sálva res est: béne promittit; spéro, servabít fidem.

Dí me servant, sálva res est: sálvomst, si quid nón perit.
Fíat :: euge, sálva res est: praéda háec perpetuást mea.
Erúbuit: salva rés est :: dic, sodés, pater.

Ad quorum speciem non dubito contra Bentleium cum libris omnibus adi defendere Eun. II, 2, 37

Tri
Rivális servom. Sálva rest. Nimírum hice homines frígent.

(in reliquis enim a Bentlei iudicio non discedendum videtur) et immissum praete Fl. Rud. 175

Surréxit: horsum sí capessit, sálva rest.

Longe alia tamen esse ratio videtur versuum Eun. II, 3, 70 et Capt. 488.

Éstne ut fertur fórma? :: sane :: at níhil ad nostram hanc :: áliá res.
Pérgo ad alios, vénio ad alios, dêinde ad alios: úna res

in quorum priore est non solum Bembini fide caret, sed excludi etiam — c Bentleius — concisa minutatim respondentis oratione videtur; in posteriore (res probarunt Bentl. in Eun. II, 2, 37. Lindem., rest edidit Fl.) est meo quidem se alienum est. His affinis est interrogandi formula quae res est, pro quo quae exemplis firmatur: Mil. 1343

Quom ábs ted abeam :: aequó fer animo :: sét quid hoc? quae rés?

(ubi ex librorum scriptura queris post Camerarium R. et Fl. effecerunt quae r Asin. 477.

Pergín precari péssumo? :: Qúae rés? Tun libero hómini.

(sic cum libris etiam Fl.). Aulul. III, 2, 9.

Set quid tibi nos, mendice homo, tactiost? quae res?

Sic B Parei, sed ut tota scena, ita et hic et vicini versus propter numeros non perspectos (de quibus nuper dixit Fl. in Mus. Rhen. VIII p. 224) nonnihil tur sic ut puto emaculandi:

Nec quoi égo de industria ámplius lubéns male faxim.
C. Pol sí taceas, planum íd quidemst: res ípsa testist.
Ita fústibus sum móllior quam ullús cinaedus.
Set quíd tibi nos táctiost, mendíce homo? quae res?

ubi de iambica mensura tibi noli cum R. dubitare.

In Cas. II, 8, 18 Quid dêosculere? quaé res? quae voluptás tua? vulgatur quidem deosculer, ut quae res est necessarium videatur, sed est n paret in Parei libris, deosculere autem flagitante sententia post Meursium restituit. De Stichi versu 473, ubi certa res ex Ambr. recipiendum duco, infra di locus erit.

In his ut causam ellipsis in ipsa interrogatione positam esse apparet,[4]) ita multo latius patet illius vis, qua perspecta hos quoque versus non recte editores verbo est auxisse deprehenduntur:

Amph. 818. Tún mecum fuerís? quid illac ímpudente audácius?
Mil. 307. Si hóc palam fuerít. quid peius múliere aut audácius?

Quod autem in interrogationem, idem cadit in negationem, ut ne hos quidem versus propter ellipsin sollicitandos putem: Menaechm. 338. Amph. 954. Truc. II, 2, 50. Men. 620. 630. Most. 279. Ter. Heaut. II, 3, 4. Hec. I, 2, 85. II, 1, 23. Eun. I, 1, 5. Adel. I, 2, 16.

Minume hércle mirum: mórem hunc meretricés habent.
Mirum quid solus sécum secreto ílle agat.
Nón mirum — vetus ést maceria — láteres si veterés ruont.
Níhil hoc confidéntius, qui, quaé vides, ea pérnegat.
Tún negas? :: nego hércle vero :: níhil hoc homine audácius.
Út perdocte cúncta callet: níhil hac docta dóctius.
Mínume mirum: adeo ínpeditae súnt: ancillarúm gregem.
Non édepol mirum :: atque éa res multo máxume.
Mínumeque adeo mírum et ni fecísset magis mirúm foret.
Siquidem hércle possis, níl prius neque fórtius.
Nullum húius factum símile. haec cum illi, Mício.

Quam igitur R. Prolegg. p. CXI in mirum ni et mirum quin statuit exceptionem, ea pertinuit etiam ad mirum quid et mirum si (etsi usum ne additum quidem verbum repudiasse docent Bacch. 409. 450. Amph. 283); sed in locutione quid opus est vel nihil opus est tam constans est Plautina consuetudo verbi non omittendi, ut cum libri aliquoties peccant haud cunctanter plena locutio restituenda sit ut Rud. 118. Mil. 449. 636. 1213. Pseud. 349. Curc. 437. Merc. II, 3, 62. 84, in qua re emendandi confidentiam auget nonnumquam accedens Ambrosiani memoria ut Pers. 532, ubi tamen non mihi opust cum R. sed mi ópus est scripserim, cum vis nulla insit in pronomine.

Est etiam in hoc responsionum genere de more omittitur, cuius exemplum habet Stich. 482.

Valeás :: certumnest? :: cértum: cenabó domi.

Sic cum libris Fl., certumst R., sed recte Fl. egisse docent hi versus: 1. Stich.

---

[4]) cf Mil. 987 Quae haec celox? Truc. I, 1, 75 Set haec quis mulier? Asin. 265 Set quid illuc, quod tam exanimatus currit huc Leonida? Ter. Eun. III, 3, 24.

Non hércle veniam tértio. heus, heus, écquis hic?

ut reste Bentleius scripsit et propter numeros et ex fide Bembini, in quo est (quod omnes reliquos occupat libros) ab alia manu adiectum legi testantur Faernus et Geppertus.

613. 2. ib. 473. 3. Most. 807. 4. Poen. II, 48. 5. Pers. 644. 6. Mil. 965. Adel. III, 2, 31. 8. Andr. IV, 1, 41. 9. Hec. V, 3, 15.

1. Cértumnest? :: certum :: édepol te hódie lapide percussúm velim.
2. Promítte :: certumst :: sic face, inquám :: certa res.
3. Nísi tibist incómmodum :: immo cómmodum. i intro atque ínspice.
4. Malám crucem ibo pótius :: certumnést tibí?
Certúm :: tum tu igitur díe bono, Aphrodísiis.
5. Cáptusnest patér? :: non captus, sét quod habuit pérdidit.
6. Núptanest an vídua? :: et nupta et vídua :: quo pactó potis.
7. Sátine hoc certumst? :: cértum :: hisce oculis égomet vidi, Sóstrata.
8. Factum hóc est, Dave? :: fáctum :: hem, quid aîs, scelus?
9. Tántumnest? :: tantum: áderit continuo, hóc ubi ex te audíverit.

v. 1 mirum quod R. non correxit certumst pol, qui nudum certum in eiusden v. 482 non tulerit. v. 2. res unus Ambros. (ut Eun. II, 3, 70 unus Bemb. es cf. p. 5), reliqui res est, unde R. rest. — v. 4 sic Pareus, Bentl. in Phorm. V afferens et interpretationem Donati, qui duobus locis accusativum absolute positum (c domum ibis) sine praepositione agnoscit et Menaechm. versum 328, ubi R. in dubitans de hac ellipsi. Sed malam rem hinc ibis Eun. III, 3, 30 est in Be quo Faerni testimonium corrigit Coquelinus ibis ex eo libro afferens) et in Men optimi libri praepositionem omittunt, quae ne in Capt. 469 quidem in libris esse edidit enim Pareus ilicet — maxumam malam crucem et Lindem. in addens tamen (inerti sane testimonio), in plerisque abesse praepositionem. In altero Poenul de hiatu post bono disseruit Lachm. in Lucr. p. 195. — v. 5. non captust v. 6. viduast R. Fl. — v. 7 certum soli Bembino debetur, reliqui omnes est p quod numeri non ferunt. his, quod ex eodem codice affert Coquel., equidem no perim, cum ipsi optimi libri in hisce oculis, hisce in aedibus illud ce saep tant, ut Trin. 177 his aedibus R. ex Ambr., hisce aed. ex Pall. Fl. edider v. 8. Bentleius correxit factum est hoc, Dave? factumst, sed cum qu factumne sit aliquid, semper fere nudo factum respondetur, cf Eun. IV, 4. 40. A 2, 22. Hec. III, 5, 2. V, 4, 6. Phorm. III, 2, 39, nisi quod semel apud Te plena sententia legitur Hec. III, 2, 22 ita factumst. Vides hinc quam recte R. i 127. 149 factum sine est positum non sollitaverit. Hinc ne in Persae quidem ver (tua factum opera) cum R. est adiecerim.

Ab hac respondendi brevitate dissidet sane, quod R. Trin. 1176 sq. ex libris r

Quís homo tam tumúltuoso sónitu me excivít foras?
Bénivolens tuus átque amicust —

ad quod exemplum non modo Trin. 1070. scripsit

Hém, quis est, qui méntionem homo hóminis fecit óptumi?
Ípsus homo optumust —

ubi libri e s t non adiciunt, sed in aliis quoque versibus t vel st de suo apposuit, probante plerumque Fleckeiseno. Plenior tamen exemplorum collatio aliam in eo genere fuisse consuetudinem docet. 1. Men. 603. 2. ib. 650. 3. Bacch. 308. 4. ib. 1120. 5. ib. 1161. 6. Mostell. 372. 7. ib. 785. 8. Pseud. 712. 9. ib. 977. 10. ib. 1193. 11. Mil. 313. 12. ib. 342. 13. ib. 969. 14. ib. 1431. 15. Amph. 375. 16. ib. 378. 17. ib. 619. 18. Curc. 113. 19. ib. 167. 20. ib. 413. 21. Asin. 400. 22. ib. 190. 23. Stich. 102. 24. Capt. 648. 25. Aul. II, 6, 2. 26. ib. V, 15. 27. Epid. 1. 28. ib. IV, 2, 4. 29. ib. V, 2, 37. 30. Cist. II, 3, 55. 31. Truc. I, 2, 99.

1. Satin audis, quae illic loquitur? :: S a t i s.
2. Quís hic homost? :: M e n a é c h m u s q u i d a m :: édepol factum néquiter.
Quís is Menaechmust? :: tú istic, inquam :: égone? :: tu :: quis arguit?
3. Qui istíc Theotimust? :: Mégalobuzi fílius.
4. Quis sónitu ac tumúlto tantó nominát me atque púltat [hasce] aédis?
Ego átque hic.
5. Hau malast mulier :: Pol vero ista mala et tu nihili.
6. Quís istic dormit? :: Cállidamates :: súscita istum, Délphium.
7. Hem, quis hic nominat me? :: Ero servos multimodis suo fidus.
8. Quís istic est? :: Charinus.
9. Quíd est ei homini nómen? :: leno Bállio.
10. Quís istic Pseudulúst? :: Praeceptor túus.
11. Quis homo in terris alter [test] audacior? Quis magis dis inimicis natus?
12. Dígnun es verbéribus multis? :: dígnus.
13. Sét quis east? :: senis húius uxor Périplecomeni in próxumo.
14. Quís erat igitur? :: Phílocomasio amátor.
15. Quóius nunc es? :: túus.
16. Quóius es? :: Amphitruónis inquam Sósia.
17. Quís istic Sosiást? :: ego, inquam.
18. Imperator quis est? :: Vinipollens, lepidus Liber.
19. Ést lepida :: nimis lépida :: deus sum :: ímmo homo haut magní preti.
20. Quís tu homo's? :: libértus illius quem ómnes Summanúm vocant.
21. Qua facie voster Saureast?
Maciléntis malis, rúfulus, aliquántum ventriósus.
22. Nón meumst :: nec mêum quidem edepol, ád te ut mittam grátiis.
23. Númquis hic est aliénus nostris díctis auceps aúribus?
Núllus praeter nosque teque.

24. Sét qua faciest túus sodalis Philocrates? :: dicam tibi.
Súbrufus, aliquántum crispus, cíncinnatus :: cónvenit.
25. Quí vocat? :: Strobílus.
26. Úbi id est aurum? :: in árca aput me.
27. Quís properantem mé prehendit pállio? :: Fámiliaris.
28. Quís istaec est? :: tua filia.
29. Sét quis eàst mulíér? :: tui gnati amíca.
30. Quís istic habitat? :: Démipho, dominús meus.
31. Tum pól isti puero quíst pater? :: Babylóniensis míles.

Ex his, quae magis congessi quam digessi, facilé apparet, est omitti sol responsionibus et sicubi alia eius verbi forma praecessit, quare nihil mutatum veli Fl. Mil. 1155. coll. 663. cum contiguo. Cui rationi si quando contraria poetae p Aul. IV, 10, 1

Quís homo hic loquitur? :: ego sum miser.

et Epid. II, 2, 18. Truc. II, 2, 21. Bacch. 601. 850, tantum abest ut alterutr in suspitionem inducas, ut haec argumento esse debeant, quam non sint omnia eo dulo metienda. Etiam de ita Ritschelium fefellit opinio in prolegg. p. CX suspica semper esse addendum, nam nudum ita legitur Bacch. 806. Curc. 422. Pseud. 48 Most. 491. Capt. 262 et alibi.

Deinde consentaneum est, omitti est in iis, quae per exclamationem efferu speciem exclamationis prae se ferunt, ut Capt. 176 facete dictum, ib. 179 en nisi quis meliorem adferet. Stich. 379 nimium bonae rei. Bacch. 209. S istuc, ib. 395 sapienter factum a vobis, a quo non multum dissidere videtu 774 tua factum opera. Et factum quidem saepissime sine est legitur, cuius aliquot exempla attulimus. Etiam alia res, una res, in quae supra incidit oratio, h sunt referri. Cavendum autem est in hoc genere, cum talia non raro per accusativum e tur, ne verbo est assumendo nominativum efficere velis, quod ut ab G. Hermanno tum in Trin. 1036 cum R. monuisset Prolegg. p. CXI, ipsi viro doctissimo in M accidit, ubi cum in A B legatur

Eu[5]), hércle praesens somnium: abi íntro et conprecáre —

a RFl. somniumst editum est. Sed cf. Mil. 1056 heu hercle odiosas res, ib. 10 ecastor periurum. Pseud. 519 edepol mortalem graphicum. Stich. 379 hercle rem bene, quae formula redit Epid. II, 2, 29. Asin. 292 heu edepol hominem infelicem, tuenda videtur vulgata scriptura in Epid. I, 1, 71 heu edepol res turbulentas!, p Jacobus ex B turbulentast. cf. etiam Men. 872. Poen. III, 2, 26. Bacch. 995. 999.

---

[5]) en quod affert ex A Gepp. de cod. Ambr. p. 54 fortasse error typographi est.

mationem agnosco etiam in turpe dictu Ter. Adel. II, 4, 11; illud durum Phor. II, 1, 8; ridiculum Andr. III, 1, 16; IV, 2, 29. Eun. III, 1, 62. Adel. IV, 5, 42.

Praeter haec, de quibus generatim exposui, singularia quaedam et rara persequenda video, ut cum legitur in Cistell. I, 1, 120 ecastor mihi visa amare, ubi visa est metrum non fert. Mostell. 33.

virtúte id factum tua ét magisterió tuo

ubi quod R. posuit tuast pro tua et, potest id quidem verum esse, sed librorum memoriam spernendam non duco, nam praeterquam quod in verbo factum singularem quandam rationem inesse supra apparuit, Grumionis sermo vitia conservo exprobrantis paullum supra humum assurgit, ut Horatianum illud, „Interdum vòcem et comoedia tollit," in hoc monitore servo agnoscas.

Men. 670 Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huic Erótio

R. patiundumst, deleto at, quo aegre careas, cf. v. 746. Bacch. 365. 887, proponens etiam patiundumst at, omisso huic. Minus etiam probabile, quod Fleckeiseno placuit, ut si omittatur. Equidem teneo librorum memoriam, agnoscens eandam participii tamquam praefractam brevitatem, cui a R. quoque prolegg. p. CXI aliquid esse tributum video. Et omnino in participiis verbi est omissionem minus ab usu Plautino abhorrere, exemplorum multitudini credendum est, quamquam quod legitur in Stich. 54 faciendum id nobis non sane appositum est ad persuadendum utpote non profectum a Plauto, quode v. R. in v. 48.

Mil. 545 nam Philocomasium eccam intus,

quod novavit R. in editione intust, ipse revocavit praef. Stich. p. 18. — ib. 1111 quid is, ecqui fortis? edunt R. Fl. fortist, quo multum veneris et leporis perit. Plautinam autem in talibus consuetudinem ex his collige exemplis: Mil. 1106 ecqui fortis visast? Bacch. 216 set Bacchis etiam fortis tibi visast? ut si quando verbum omittitur, nec calamo nec mente addendum sit est, sed videri cogitatione assumendum. Neque haec consuetudo non habet suam rationem. Qui enim, nimius in poscendo, timet ne impudentis speciam habeat, verbo omisso cautus quasi tentaturus rem attingit magis quam plene effert, ut impudentiam in re leniat verborum quadam quasi modestia et verecundia. Hinc etiam Pers. v. 107 intactum reliquerim:

Ita fíeri iussi :: écquid hallecis? :: váh, rogas?

ubi R. itidem hallecist probatum nuper a Gepperto.

Amph. 573 verum haút mentiór resque utí facta díco

ubi si est abesse nequeat, malim ut est facta scribi quam cum Fl. uti factast, quo versus nimis tardus et impeditus ad aures venit. Verum similia non desunt, cf. eiusdem fabulae v. 575 optas quae facta et 779 tu qui quae facta infitiare.

Praeter haec, in quibus est abesse posse docui, magna tamen est versuum multitudo, in qu[illegible] aut Fl. aut uterque recte, aliquoties etiam secundum libros vel eorum

vestigiis insistentes, verbum illud addiderunt, aut post eos (in fabulis scilicet nc illis editis) addendum videtur. Quorum versuum, ut paucis rem absolvam, numer(apponam. Rud. 686 (acerbumst Fl.); ib. 1075 (solitust Fl.); ib. 1379 (iuratust 1376); Pers. 249 (scriptumst R.); Men. 404 (pellionist R.); ib. 890 (laruatust R. 159 (omnibust R.); ib. 288 (turpest R.); ib. 933 (sonitust R). Bacch. 373 (opi| Fl.); ib. 725 (locust R. Fl.); ib. 774 (Chrysalust Camer, R. Fl.); ib. 1105 (Mnesilo(Mil. 9 (Artotrogust R. Fl.); ib. 19. 31 (quidemst R. Fl.); ib. 267 (caperest R. Fl.); prolationumst R. Fl.); ib. 378 (solariumst R. Fl.); ib. 383 (geminust R. Fl.); ib. 3 ost R. Fl.); ib. 406 (planumst R. Fl.); ib. 593 (mest, autemst R. Fl.); ib. 602 (i umst R. Fl.); ib. 631 (ingeniost Sciopp. R. Fl.); ib. 634 (adulescentulist R. Fl.); frigidust R. Fl.); ib. 907 (paratast R. Fl.); Pseud. 1243 (doctust R. Fl.); Stich. iust R. Fl.); ib. 769 (cinaedicust R. Fl.); Asin. 167 (quid modist recte Fl. cc Mil. 882. 1311); ib. 350 (elocutust Fl.); ib. 411 (manust Fl.); Curc. 15 (ostiumst umum Fl.); Amph. 446 (cicatricosumst Fl. praef. p. 17); ib. 482 (seminatust Fl.).] go scribendum puto Epid. II, 2, 64 actumst Poen. III, 2, 17 satis praeceptumst (nis nationis speciem agnoscas, ut in illo sapienter factum et similibus); ib. V, nissust. Truc. II, 2, 10 truculentust. ib. IV, 3, 34 beatust.

De tertia persona satis dictum est. Pergo ad primam pluralis numeri pe missam, duobus tantum exemplis certam Rud. 690. Curc. 354.

> Veneris quod amplexaé modo, unde abréptae per vim míserae
> Póstquam cenati átque adpoti, tálos poscit sibi in manum,

in quorum posteriore quantopere numerorum facilitas pronominis sibi lituram suac adhibuit lituram Beck. Gall. II, p. 224), tantopere dissuadet constans loquendi usus.

Secundae deinde plur. num. personae omissae quattuor hodie exempla legunt Aul. II, 6, 5. Asin. 134. 648. Ter. Heaut. I, 1, 67.

> Cererín, Strobile, hás facturi núptias?
> Nám mare haut ést mare: vós mare acérrumum.
> Cupio hércle :: sequere hac :: écquid est salútis? satis locúti.
> Ambo áccusandi: etsi íllud inceptúm tamen.

v. 1 ut libri, sic et Fest. ed. Lind. p. 275 cum hiatu, cuius tuendi nullam rationem nio. Fuit fortasse has vos facturi n. vel has sunt f. n.

Denique omissi sunt (rarius sint) aliquanto plura exempla exstant. 1. Asin 2. Ter. Andr. III, 1, 19. 3. Amph. 1092. 4. ib. 779. 5. ib. 473. 6. ib. 575. 1111. 8. ib. 1133. 9. ib. 220. 10. Bacch. 937. 11. ib. 510. 12. Most. 504. 13. 278. 14. Ter. Andr. V, 3, 20. 15. Eun. IV, 7, 10. 16. Adel. I, 1, 21. 17. ib. II, 18. ib. V, 3, 6.

> 1. Úbi illaec quae dedi ánte? abusa: nám si ea duraránt mihi.

2. Num inmémores discipuli? :: égo, quid narres, néscio.
3. Úbi utero exortí dolores, út solent puérperae.
4. Tú qui quae facta infitiare, quém ego hic convincám palam.
5. igitur demum ómnes scient Quae facta.
6. Utinam éssem ita :: [tu ea] óptas quae fácta: ubi bibisti.
7. Póstquam pueros cónspicati, pérgunt ad cunás citi.
8. Mitte ómnis: quae futúra et quae facta éloquar.
9. Póstquam utrimque éxitumst máxuma cópia,
Díspertití viri, díspertiti órdines.
10. Epíust Pistoclérus. Ab eo haec súmpta. Mnesilochús Sinost.
11. Qui ad húnc modùm haec hic, quaë futura fábulor.
12. Sceléstae haec aedes, ímpiast habitátio.
13. Non hércle vero. Úbi convívae céteri?
14. Domus, úxor, liberi ínventi invitó patre.
Addúcti, qui illam cívem hinc dicant: víceris.
15. Ubi alii? :: qui malum, alii? solus Sannio servat domi.
16. uxorem duxit: nati filii duo.
17. Ut in ípso articulo oppréssit, emptae múlieres
Complúres et item hinc ália quae portó Cyprum.
18. Parátae lites: súccurrendumst :: éccum adest.

v. 13 R. u b i s ú n t c o n v. exarari iussit, sed nihil nos aut hiatus moratur aut omissum s u n t, quod in interrogatione non magis positum est v. 1. 2. 15, ad quod exemplum ut non debebat Bentleius e s t expungere Heaut. IV, 7, 1 ita retinenda eadem vocula erat Heaut. I, 1, 30 et Hec. III, 2, 17.

Sed missis his nugis, quibus paene ultra patientiam meam et ut vereor ultra spem veniae immoratus sum, animum recreaturus spicilegium placet emendationum promere, quae in legendo Ritscheliano Plauto mihi subnatae sunt, ut cum messem largissimam vir ingeniosus fecerit, messoris vestigia sequens stipulam ego colligam, quae fieri non potest quin eo tenuior et macrior evadat quo messor fuerit diligentior et sollertior.

Pers. 65—70 ed. R.

Nam púplicae reï caúsa quicunque íd facit
Magis quám sui quaesti, eum ánimus inducí potest
Civem ét fidelem esse ét bonum [et frugí virum].
Set ní legirupam dámnet, det in púplicum
Dimídium atque est etiam ín ea lege adscríbier:
Ubí quadruplator quoípiam iniexít manum ctt.

Non facile est docere, qua ratione sententiae inter se aptae et conexae sint. Mihi quidem hanc iocularem ratiocinationem instituisse parasitus inde a v. 53 videtur. Ego,

maiorum meorum disciplinam secutus, qui quasi mures edere alienum cibum, hunc et locum obtineo (i. e. ich behaupte mich in diesem Erwerb und in dieser Stel locum non ex lucrum depravatum putem cum R.): sine meo periclo ire aliena bona. Quae conditio si cui turpior videatur, multo tamen illa honestior est qua qui quadruplantur, quod genus hominum, quo nulla rei publicae pestis infestior, nc bus coercendum et reprimendum est. Quamquam qui rei publicae causa magis qu aviditate quadruplatores se gerunt, possunt illi esse cives boni; sed cum fides d a calumnia vix possit, hanc ego legem fero: si qui civem noxiae insi legirupamque esse obtinuerit, ut in publicum det dimidium eius multae, quam reus serit. Atque in ea lege hoc etiam adscribi volo ctt.

Hinc primum illud apparere puto, non integrum ad nos pervenisse sermonem quae enim supra grandioribus litteris distinximus, eorum similia inter vv. 67 et esse sententiarum ratio necessario postulat. Adde quod v. 69 verba in ea le antea legis ferendae mentionem factam esse aperte produnt. Atque pertinuit co etiam ad ipsum v. 67, qui ut est sine dubio mancus, ita numquam vera et certa ei restituetur. Eadem fere dubitatio cadit in v. 68 scripturam, in qua vereor ut veram manum R. assecutus sit. Cuius viri ratio quum sit facilis ad intelligendum, vix ta cum librorum fide congruit; quid enim est, quod qui ab R. prorsus neglectum (habent enim sed si lege rumpam qui damnet) obsedit, ut taceam de si in i tato? Quapropter ita Plautum scripsisse suspicor:

Si légirupam qui dámnet, det in púplicum

Sed autem, quod initio versus in libris est, ad elapsa verba spectare puto, u olim speciem hi versus habuerint:

1. Nam públicae rei caúsa quicumque íd facit
2. Magis quám sui quaesti, [eum] ánimus inducí potest
3. Cívem ét fidelem esse ét bonum [et frugí virum].
4. Sed [quía sic omnes ássimulant, legem hánc fero:
5. Si légirupám qui dámnet, det in púplicum
6. Dimídium atque etiam [vólo] in ea lege adscríbier.

Quarti versus quod supplementum ludens proposui, sententiae tantum explendae feci, quam non nego duobus quoque versibus a Plauto enuntiari potuisse. V. 5 qui rebant ni, in seria vertebant iocularia: parasitus enim tum maxime quadruplatores p quieturos esse confidit, si non rei damnati solum multentur, sed illis quoque pro pı multa imponatur qui ut quis damnaretur effecerint. Consimile est alterum quod eaden parasitus sanciri vult. Si qui pro si quis non magis offendit quam v. 313:

nam ubi quí mala tangít manu, dolóres cooriúntur.

Ceterum quod v. 6 non est potius cum Both. R. sed volo exempli causa iı

movit me Lachmanni disputatio in Lucr. comment. p. 297 qua docemur, est cum infinitivo pro licet non esse antiquae et germanae Latinitatis.

Pers. 195.

> **To Ábi modo. P. Ego laudábis faxo. To. sét tu has tabulas, Paégnium,**
> **Ípsi Lemniséleni fac des ét quae iussi núntiato.**

Sic R., recte quidem reiciens quod in libris scriptis est: sét has tabellas ut in prosodiam peccans, sed tabulis vehementer dubito num vere sanatus sit versus. Tabula Plauto est aut Schreibtafel ut Pseud. 401, aut Gemälde ut Menaechm. 143. Quod nos dicimus Brieftafel, Brief, semper in palliatis sunt tabellae, etsi et codices aliquoties errore tabulas inferunt et viri docti aliquot versus eius vocabuli ope emendare conati sunt. Et Curc. 347 una cum numerorum restitutione (qui nulli sunt et in vulg. et apud Pareum) tabellas reposuerunt Gepp. Fl. Ibid. v. 365.

> **Eâmus nunc intro út tabellas cónsignemus. Ph. Núm moror?**

etsi Pareus in B tabulas exstare testatur numeris non satisfit, nisi tabellas reducas. Paullo post v. 369 Fl. edidit:

> **Túte tabulas cónsignato: híc minstrabit, [dúm] ego edam.**

cum tabulas sit in B a pr. m., tabellas in Pall. et B a sec. m. Sed si, ut par est, tabellas rescribimus, numerorum asperitas non maior est quam qua premitur v. 543 initium: scire voló quoi réddidisti, quamquam sane malim tu rescribere, ut te ex simillimis vicinis syllabis natum[6]) putem: sic enim melior fit oppositorum ratio tu, hic, ego. Quae cum aptissime sine copula efferuntur, displicet etiam dum a Fl. illatum, etsi iure suo in hiatu offendit. Equidem sic a Plauto scriptum fuisse conicio:

> **Tú tabellas cónsignato: híc ministrabit: égo bibam.**

Proxima vicinitate utramque formam habes ib. 543 sqq.

> **Th. Scíre volo quoi réddidisti. Lu. Lúsco libertó tuo:**
> **Ís Summanum sé vocari dixit: ei réddidi,**
> **Qui hás tabellas ópsignatas áttulit. Th. Quas tú mihi**
> **Tábulas, quos luscós libertos, quós Summanos sómnias?**
> **Néc mihi quidem libértus ullus ést. Lu. Facis sapiéntius**
> **Quám latronum párs libertos quí habent et eos déserunt.**

Sic Fl., at libri praebent quas tu mihi tabulas? quos tu mihi luscos etc. quae metrum non capit, quod etsi restituitur omisso posteriore tu mihi, tamen si reputaveris et maioris corruptelae indicium in hac abundantia inesse posse et ipsam duplicem

---

6). simili[illegible] vitia non rara, ut Mil. 1092 pro remorare in BCD est rememorare, Poen. III, 3, 11 in [illegible]ro, cuius collationis usus liberaliter mihi permissus est) sitaturam pro situram.

formam tabellarum et tabularum non sine gravi offensione esse et vero tabellarum mentione turbari ordinem et concinnitatem sermonis, concedes mihi panno alieno resecto ita totum locum restituendum esse:

Th. Scíre volo quoi réddidisti. Lu. Lúsco libertó tuo:
Ís Summanum sé vocari díxit: ei réddidi.
Th. Quós tu mihi Luscós libertos, quós Summanos sómnias?
Né mihi quidem libértus nullust. Lu. [Pól] facis sapiéntius etc.

In quorum versuum postremo prorsus repugnabat Plautinae elegantiae illud e tentiae vinculo cum priore, numeris cum posteriore versus parte coniunctum, c asperitatem non admisisse Plautum plurimi tales versus ostendunt qualis legitur Am

Íllic homo supérstitiosust. Géstiunt pugní mihi.

Similiter vulgatam et librorum auctoritate confirmatam scripturam Amph. 739:

Sét mulier, postquam éxperrecta és, prodigialí Jovi

recte editores cedere iusserunt a Nonio servatae éxperrecta's, té prodigialí J

Denique Bacch. 787 Herm. et R. ediderunt:

Nunc hásce tabulas férre me iussít tibi,

sed cum libri habeant omnes tabellas, recte sine dubio Fl. scripsit has tab Apparuit iam, opinor, quam parum sit fidei tabulis pro tabellis, quae plus trigin apud Plautum sine ulla suspitione discrepantiave leguntur. Ut igitur ad Persae versum tamur, a quo profecti sumus, sic ille ad vulgarem consuetudinem revocandus videtur

Ábi modo. Ego laudábis faxo. At hás tabellas, Paégnium.

Poni autem at, ubi gravius quid alicui inculcandum antea dictis adicitur, tes versus Capt. 747.

Pers. 291 sqq.

Sag. Ítane? !
Quid dédero. Pa. nil, nam níl habes. Sag. di déaeque me omnes pérda
Pa. Amícus sum: eveniánt volo tibi quae óptas atque íd fiat.
Sa. Nisi te hódie, si prehéndero, defigam in terram cólaphis.
Pa. Tun mé defigas? Té cruci ipsum adfígent propediem áliei.

Sic unius versus transpositione (libri enim eum ordinem habent quem appositis ris indicavi) personisque recte dispositis hunc locum sanavisse mihi videor. Sagari verba dicturi di me perdant nisi te in terram defigam media interrumpit Pa eodem modo hic ludos faciens alterum quo in tota hac scena. Eveniant vol quae optas non possunt non spectare ad praegressa di me perdant, id enim verat Sagaristio. Ritschelii ratio verba illa ad defigam in terram referentis se minus est apta et hoc habet incommodi, quod tibi prorsus in thesi delitescit, c ictus aut locus insignior dandus erat. Alterum interrupti sermonis exemplum ha

eadem Persa v. 593 sqq. Quales sermones cum librarii in suum ordinem redigere sole-rent, aliquoties inde versuum traiectiones Plautum corruperunt, quamquam et ipsius casu regnum in hac re latissime patet. Plurima in hoc genere primus correxit R., pauca eius sagacitatem fefellerunt veluti Menaechm. v. 248 servus ita ab ero obiurgatus

Dictúm facessas dóctum et discaveás malo,
Moléstis ne sis: nón tuo hoc fiét modo

non hoc potius librorum ordine secum loquitur:

Hem,
Illóc enim verbo iám esse me servóm scio.
Non pótuit paucis plúra plane próloqui

quam inverso:

Hem,
Non pótuit paucis plúra plane próloqui.
Illóc enim verbo iám esse me servóm scio.
Verúm tamen nequeo cóntineri quín loquar.

Vult enim: quamquam servum me esse iam scio, tamen nequeo contineri q. l. — Per hanc occasionem alium etiam eiusdem Menaechmorum locum transpositione unius versus turbatum apponere placet, v. 150 sqq. ubi iam ante hos septem annos in libello scholastico Bregae edito hanc rationem commendavi:

Men. Pérge. Pen. non pergo hércle vero, nisi scio qua grátia.
Lítigium tibíst cum uxore: eo mi ábs te caveo caútius.
Clam úxorem ubi sepúlcrum habeamus, hunc comburamús diem?
Men. Áge sane igitur, quándo aequom oras, quám mox incendó rogum,
Pe. Dîes quidem iam ad úmbilicumst dímidiatus mórtuos.
Men. Té morare, mihi quom obloquere. Pe. óculum exfodito persolum †
Míhi, Menaechme, si úllum verbum fáxo, nisi quod iússeris.

Ab hoc exemplo nunc ita tantum discedam, ut in versu quarto est secundum Gellium cum R. ad finem versus promovendum putem. v. 3 quando aequom oras ita interpretor: quando perrecturum te negas, nisi scias qua gratia i. e. num esuri simus (v. 147). R., de corruptela multo graviore cogitans, et duos cum Bothio versus transposuit et duo hemistichia intercidisse statuit.

Pers. 300.

Hercle íllum abisse gaúdeo. aperítur: eccere aútem,
Quem cónvenire máxume cupiébam, egreditur íntus.

Sic R. edidit, corrigens aperitur pro eo quod est in ABCD foris aperit (nisi quod B fores), in FZ fores aperite. Sed duo sunt quae huic emendationi obstant; primum, ini, numquam apud Plautum aperitur impersonaliter legitur, deinde

cum quis subito sermonem incidit fores aperiri dicturus, usu fere constanti s mittitur, cf. Pers. 404. Mil. 270. 328. 410. 1198. 154. Bacch. 610. 1157. 234. Aul. IV, 5, 5. Cuius usus satis memor fuit R. in Mil. 528 supplemento. Nec alite tius loquitur, cf. Eun. V, 7, 5; Heaut. I, 2, 121. Itaque et Adel. II, 3, 11 legendum

Nil póte supra. set quíd foris crepuit?

quod enim Bemb. set omittit, a correctore metrico factum videtur, qui cum set e nam simul stare per versum non posse videret, set delevit, cum nam esset expur Bentlei autem verborum ordo nil súpra póte peccat in prosodiam, nam su potest non corripi in prima. Admodum speciosa est FZ scriptura, sed ne haec usui conveniens: plerumque enim cum quis evocat aliquem ut fores sibi aperiat, p tur heus vel eius simile quiddam. Mihi quidem librorum scriptura verissima videtu intelligatur. Sagaristio gaudens Paegnium abire oculis eum prosequitur, done ierit: abisse tum demum gaudet, cum fores aperientem videt. Et cum eode pore quo Paegnium fores aperiens intro ibat, Toxilum exeuntem videret, mirabund eccere autem. Numquam autem fores pultant vel erus vel servus antequam aedes intrent, nec umquam interdiu fores occlusae sunt. Non raro autem in his introeuntes ab aliquo ante aedes stante observantur; cf. maxime Men. 550

iamne ábiit intro? ábiit, operuít foris.

quo versu hiatus defendi puto ib. 544 et 546 a R. remotos mi inserendo et ted asci

Pers. 47 sqq.

Quaeró tamen ego item sédulo. Sag. Siquíd erit, fac sciam. To. óbsecr
Resecróque te, operam da hánc mihi ctt.

Sic R. hos versus dedit. Pro fac sciam, obsecro resecroque te in lib iam ut scias obsecro te resecro, quae scriptura integra servanda videtur. qui v. 46 rogaverat; quicquid erit, recipe te ad me respondet Sagaristio si erit, iam (= gleich) ut scias faxo, sed Toxili vehementibus precibus oratione rupta faxo in faucibus haeret. Ritschelii ratio eam ob causam incommoda mihi esse tur, quod non tam Sagaristionis est petere ab altero, ut certiorem se faciat, cum reppererit, quam Toxili. Da igitur si vicino vocabulo mecum praeposueris, nihil pr in his mutatum invenies:

Quaeró tamen ego item sédulo. Sag. Si quíd erit, iam ut scias... To. ó
Te résecro, da operam hánc mihi

Stich. 86.

Póst id agam igitur deínde, ut animus méus erit, faciám palam.

Sic in primis quinque verbis libri sine ulla discrepantia. R. qui videret noti illud id ago ut non esse huius loci, agam omnino delevit, ut id pendeat ex fa palam. Ego lenius hoc propono:

Póst ita agam igitur deînde: ut animus méus erit etc.

ut haec sententia eodem modo conformata sit quo v. 84 sic faciam: adsimulabo, quasi quam cúlpam ad sese admiserint.

Stich. 94 sqq.

Pam. Máne pulvinum. An. Béne procuras míhi: sat sic fultumst. Pam. Sine, Pâter. Ant. Quid opus est? Pam. ópus est. Ant. morem tíbi geram. atque hoc ést satis.

Sic R.; libri exhibent satis sic fultumst mihi. Initium alterius versus vix fieri potest a voce pater, nec fugit hoc R., qui addit: „si modo unius syllabae esse pater potest." Sine dubio sine pater exitus est prioris versus, mihi autem haud cunctanter utrobique expungendum est: procurare enim numquam cum dativo ponitur, sed semper cum accusativo, nec fultumst magis placet putide addito quam omisso pronomine. Tum alterius versus defectum sic instauro:

Pam. Máne pulvinum. An. Béne procuras: sátis sic fultumst. Pam. Síne, pater.
